25

INCIPIT EPISTULA DOMNI KAROLI GLORIOSISSIMI REGIS AD ALCHUINUM
ABBATEM DE RATIONE SEPTUAGESIMAE SEXAGESIMAE ET QUINQUAGESIMAE.

Karolus gratia di rex francorum & langobardorum ac patricius romanorum dilectissimo
magistro nobisque cum amore nominando albino abbati in dno ihu xpo aeternā salute.
Peruenit ad nos epistola missa a religione prudentiae uestrae. quae post laudes & be
nedictiones omnipotenti dō debitas. nobis & progeniae nostrae benedictionem opta
bilem cum summa beniuolentia detulit. Post haec textus illius inquirendo subsecu
tus es cur septuagesima & sexagesima necnon & quinquagesima in ordine per dies
dominicos ante quadragesimam dicatur uel scribatur. Inde a reperta ratione per cum
pos arithmeticae artis quicquid ex hac re uestra sensit industria se extendendo nobis
pleniter significare studuit. Sed dum mens nostra huc illucq. discurreret sollerti
indagatione considerauimus non solum infra praescriptos a uobis dies sed & iam
per singulas ebdomadas necnon & per totum spatium anni circuli. per inter ualla
horarum ac punctorum seu momentorum mysteria numerorum posse ab his qui
huius artis peritia inbuti sunt repperiri. Unde quia tuae caritati placuit nostram
regalem aulam de hac re consulere quicquid inde nostra sentit serenitas sermone com
matico tibi patefacere non negauimus. Exigente igitur inquisitione & considerata
ratione. cur alii sex. alii septem. alii octo. nonnulli uero nouem abstineant ebdo
madas argumentum sensus nostri tuae familiaritati per hos apices significare
studemus. Qui enim sex ebdomadas obseruantes se abstinentiae tradunt. subtrac
tis sex diebus dominicis in quibus ieiunare minime lic& decimas dierum dantes
corporis sui. triginta sex dies sicut beatus gregorius mirabilis doctor edoc& ieiu
nant. & hoc tempus lic& in ipso duo super esse uideantur dies usq. ad sc̄am resur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0061